

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7175

**Autre(s) référence(s) :** Round 754

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1175, avril

**Lieu d'émission :** Valognes

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation de l'accord conclu entre l'abbaye du Mont-Saint-Michel et Guillaume du Hommet, au sujet de l'aumône de Fucherevilla.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXXVII, p. 307-308.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCXC, t. 2, p. 41-42.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 754.

## Dissertation critique

« Avril ? 1175 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 41.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Normannie, salutem.

Sciatis contentionem, que inter abbatem et monachos Montis Sancti Michaelis et Guillelmum de Humeto super elemosina de Fucherevilla vertebatur, coram me, de assensu utriusque partis, amicabiliter terminatam. Abbas Montis Sancti Michaelis et monachi recognoverunt elemosinam de Fucherevilla de donatione dominorum de Haia, tanquam liberam et quietam elemosinam, descendisse. Guillelmus autem de Humeto et filius ejus, qui honorem

habebat de Haia, concesserunt ut abbas et monachi abbatie Beati Michaelis eam tenerent [in] liberam elemosinam et quietam ab omnibus exactionibus, salvis orationibus ecclesie Montis Sancti Michaelis, que fient pro eis tanquam pro dominis. Si piscatores de alio feudo quam de feudo abbatis predicti et monachorum in portu manerii illius cum piscibus applicuerint, pisces non vendent priusquam servientes abbatis et monachorum et Guillelmi de Humeto vel heredum de Haia ex eo quantum voluerint emerint. Postquam vero mare accesserit semel et recesserit, poterunt quibus voluerint vendere, ita quod si forisfactum aliquod de hoc emerserit, ad abbatem et monachos pertinebit inde justiam facere. Homines autem de feudo Sancti Michaelis huic consuetudini non subjacebunt de piscibus quos ipsimet vendiderint, sed libertatem habebunt vendendi eos quibus voluerint et quando voluerint. Quare volo et firmiter precipio quod hec conventio inter eos facta rata sit et inconcussa teneatur sicut hec mea carta testatur.

Testibus : Roberto comite de Mellento, Ricardo de Hummetis constabulario, Guillelmo de Curci dapifero, Gilleberto Maleth dapifero, Mauricio de Croun, Roberto Marmiun, Bertramno de Verdum, Johanne de Sulignaco, Widone de Sancto Walerico.

Apud Valonias.